

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Venerando uiro, Georgio, praeposito ecclesiae Dei in urbe Arctoa ad  
Spraeam, amico suo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Venerando viro, Georgio, præposito Ec-  
clesiæ Dei in urbe Arctoa ad  
Spræam, amico suo,

S. D. Venerande domine Georgi: Adolescens,  
qui literas uestras & pisces attulit, promiserat mi-  
hi se ad me reditum esse postridie, ut petiueram:  
ac dixeram me responsurum esse: sed non redijt. Nunc  
igitur serò respondeo. Sed tamen semper apud me  
beneuolentiæ uestre memoria durat, & manet ac  
mansura est amicitia. Pro piscibus ago uobis gra-  
tias. & mitto enarrationem in Ioannem, editam à  
domino Crucigero, in qua fortassis alicubi se ali-  
quis uobis locus offerret non insuauis. Mitto & fi-  
lio uersus de Luthero. mitto ei & aliud dulcissimum  
Stigelij carmè: eumq; malo exempla talia imitari,  
ubi Musa libera sententias argumento conuenien-  
tes splendide explicare potest. Bene ualete: Die 6  
Maij, Anno 46.

Iusto Ionæ S. D.

Non dubito quin magnopere mireris, cur nihil  
ad te literarum adhuc post meum reditum dederim,  
presertim cum nuncios habuerimus: & ego non i-  
gnorem, earum rerum te cupidissimum esse, quas re-  
quiris. Ac planè in tam pertinaci silentio dissimilis  
mei uideri possum. nã aliàs in hoc genere satis offi-  
ciosus existimari uolo. Ego uerò, mi Iona, sic sum  
acerbissimis doloribus oppressus, ut omnia officia,  
omnia